



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Viridarivm Sanctorvm**

Ex Menæis Græcorum lectum, translatu[m] et Annotationib. similibusq[ue]  
passim, historijs Latinis, Græcis; editis, ineditis illustratum

**Rader, Matthäus**

**Avgvstae Vindelicorvm, 1607**

S. Alexander Et Antonina Martyres.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43013**

o. Iu n ij.

S. ALEXANDER ET  
ANTONINA MARTYRES.

**H**ic Dardamo vico oriundi: S. Antonina, cū honestè pudicèque ætatem degeret, comprehensa à Festo, cum Christo renunciare nollet, de monasque execratur, fornice meretricio includitur. Vbi cū triduum totū impransā, & incœnata transigisset, concubia nocte subito lux affulsit, tonitruque fragore fores cellæ patuere, voce cœlesti exaudita, quæ illam iuberet cibum capere. Petito ergo cibo refecta exiit, rursumque se præfidi stitit, sed ne dum idolis supplicem, calcibus impeti cædi que imperat, & denuo in lupanar deduci, quod admonente cœlite ingressus Alexander (qui octauum & vigesimum annum nondū excesserat, videbatur enim ad vitiandā Antoninam intrasse) clam virginem lenula rectam emisit, ipseque eius loco in cella mansit. Re pauló post per milites, qui ad eam opprimendā irruerant, cognita, Alexander ad præfidē deductus verberatur, mox & virgine capta, vtri que extrema pedum manuumque præciduntur, dein in ahenum igne efferuescens immissi, liquidaque pice perfusi, extrahuntur & abiiciuntur, itaque simul



simul beata morte perfunguntur. Illorum  
celebritas agitur Constantinopoli in cœ-  
nobio Maximini, vbi sancti illorum cine-  
res repositi seruantur, vnde ægri multi salu-  
tem velut è fontibus hauriunt.

## ANNOTATIONES.

**H**Ac arte vestium plures euasere virgines. Lau-  
dat S. Ambrosius virginem Alexandrinam (ita  
legendum pro Antiochena, hæc enim Theodora  
fuisse creditur) quam celebrant Fasti Latini 28. A-  
prilis. Sed hæc Antonina planè diuersa est ab illa  
Theodora: vti & illa Corinthiaca Hippolyti. *Cum*  
*enim*, inquit Baronius de hac Antonina, 3. Maij  
*frequenter Christiana fœmina ad prostibulum dam-*  
*narentur, sapius similis casus potuit accidisse.* Porro  
eiusmodi fallaciæ artem eludendi custodes, muta-  
tione habitus, primæ omniū suo exemplo docue-  
runt fœminæ Lacedæmoniorum, quæ ijsdem tech-  
nis maritos suos à nece subdlexerant, seipsas loco  
illorum tradentes. Val. Max. lib. 4. cap. 6. De amo-  
re coniugali.

16. Iunii,

I.

S. TYCHO EPISCOPVS  
AMATHVNTINVS IN  
CYPRO.

**H**Abuit hic pios & religiosos parentes,  
à quibus Deo dedicatus literaturæ sa-  
cæroperam dedit, in quarum meditatione  
assiduè

Q

assiduè